



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Iurisdictione Episcoporum Germaniae

Wintzler, Christoph

Coloniae, 1614

21. An Episcopi secularem Iurisdictionem habere possint?

urn:nbn:de:hbz:466:1-10387

rio, iustitia & secularium jurisdictione, cuius iudicium ratum est, eamque meretur reuerentiam quam secularibus necessum est deferri potestibus & ne cassum sit, per iudicium officia definitioni executio tribuetur. *text. in l. Episcopale, cum auth. seq. & ibi Dd. C. eod.*

TITVLVS XXI.

An Episcopi secularem jurisdictionem habere possint.

- 1. **E** piscopus secularem jurisdictionem exercere potest.
- 2. Summus Pontifex habet jurisdictionem secularem in terris Ecclesie, Alijque Episcopi in Italia.
- 3. Plerique Episcopi in Germania habent iurisdictionem secularem.
- 4. Qui quoad Ecclesiastica summo Pontifici, quoad temporalia, Imperatori subsunt.
- 5. Tanquam Episcopi comparent ad Synodum, tanquam Principes ad comitia Imperij.

QUIN Episcopus iurisdictionis secularis sit capax, eamque non minus, quam ecclesiasticam habere & exercere possit, per integrum tractatum tradit, Pet. Bertrand. de iurisd. eccles. & secular. & signanter cap. 3. Item Bellar. d. lib. 5. cap. 9. & seq. Ad Knich. de iure Saxon. Verb. Ducum Saxonie. cap. 2. nu. 6. fac. c. fin. x. ne cler. immisc. sec. negot. vti habet & exercet summus Pontifex, c. si duobus. §. denique. x. de appel. sub patrimonio ecclesie, c. per venerabilem. x. Qui fil. sint legit. quod est in Italia, & Dd. passim terras Ecclesie

1.
2.



- nuncupant, Episcopus Bononiensis. *c. conque-*
stus. vbi & Panor. x. de for. compet. Albiganensis, *c.*
ex literis. x. de excess. pralat. & plerique Episcopi
 3. in Germania. *Gail. lib. 1. obs. 30. num. 1. & seqq. Tob.*
Paurmeist. lib. 2. de iurisd. cap. 7. num. 92. cap. 8. num. 1.
Matth. Stephan. eod. lib. part. 1. cap. 5. lib. 3. cap. 14.
num. 10. sine qua, jamdiu sedibus suis vna cum
religione Catholica pulsi fuissent, vt recte a-
nimaduertit Bellarm. d. cap. 9. Vers. deniq. Quo-
 4. ad spiritualia siue ecclesiastica summum Ponti-
 ficem, quoad temporalia siue regalia, Impera-
 torem respiciunt, *Gail. d. obs. 30. num. 8. & seq.*
de pac. public. lib. 1. cap. 8. num. 8. Pet. Frider.
Mind. lib. 1. de process. cap. 22. num. 11. Francisc.
Marc. quest. 454. Octauia. Cacheran. decis. Pe-
dem. 30. num. 5. & seq. Matth. Stephan. d. num. 10.
 5. *arg. c. cum capella. x. de privileg. l. si consul cum*
seqq. ff. de adopt. tanquam Episcopi vocantur
 & comparent ad Synodum, tanquam Principes
 ad comitia imperii vt docent Concilii Triden-
 tini, & comitorum imperialium acta.

TITVLVS XXII.

De regalibus Episcoporum Ger-
maniae.

1. **R**egalia vnde denominata & quid sint?
2. **R**egalia vnde denominata & quid sint?
Inferunt Ducatum seu Principatum Impe-
rii, & cum superioritate inuoluuntur.
3. Regalia tam Episcopis quam secularibus Principi-
bus ab Imperatoribus communicata.

4. Caro-